

Johann Cothmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Prof., Ad Exequias Quas ... Viro Dn. Balthasari Kegelio, I.U.L. Dignissimo, marito desideratissimo, paratas cupit. Moestißima coniunx Hodie ad medium primae in Templo Petrino. Omnes Omnium ordinum Cives Academicos ea qua par est diligentia invitat**

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770977707>

Druck Freier  Zugang




Cothman, J.  
in B. Kegel.

Rost. 1644.

3.
















130

RECTOR 25.

Universitatis Rostochiensis  
JOHANNES COTHMAN,  
S. S. Theologiæ Doctor & Prof.

AD EXEQUIAS

Quas

Consultissimo & Clarissimo Viro

DN. BALTHASARI  
KEGELIO, J. V. L.


Dignissimo, marito desideratissimo,  
paratas cupit.

Mæstissima conjunx

Hodie ad medium primæ in Tem-  
plo Petrino.



Optimum ordinum Cives Academicos eâ  
par est diligentia invitat.




ROSTOCHII,  
Literis NICOLAI KILII Acad. Typog.  
ANNO M. DC. XLIII.









## RECTOR

*Universitatis Rostochiensis*

JOHANNES COTHMAN,

S.S. Theologiæ Doctor & Professor.



**N**ter sententias elegantiores, quas numero plures, & pondere graves posteritati reliquit, Philosophorum Stoicorum acutissimus Annæus Seneca, hæc non est postrema, quando ait: *Quemadmodum in minore corporis habitu, potest homo esse perfectus, sic in minore temporis modo, potest esse vita perfecta. Atas inter externa est, Quamdiu sum, alienum est, quamdiu verò vir bonus sum, meum est.* Hinc idem auctor post pauca subjungit: *Quæris quod sit amplissimum vitæ spacium? usq; ad sapientiam vivere. Qui ad illam pervenit, attingit non longissimum finem, sed maximum.* Hactenus gentilis, salvificâ Dei cognitione carens, quâ si pectus imbutum habuisset, multis parasangis, nos, qui à Christo nomen habemus, & à tenebris gentilismi, verbi divini luce liberati sumus, post se reliquisset. Quotusquisq; nostrum est, qui vitæ felicitatem ac amplitudinem, in sapientiâ collocet? inter Christianos certè, quod quidem turpe



dictu, vix decimus, ne dicam amplius, hac de re cogitat! Cui adhuc firma latera, pedes agiles, ventriculus validus, brachia sana, corpus firmum, plerumq; ille vitæ hujus voluptatibus indulget, otio irrevocabile tempus perdit, de sapientiâ parum, vel nihil sollicitus. Cum itaq; hodie videmus, mortem manus suas obscuras injicere & illis quoq;, qui, si ætatem spectes diutius vivere potuisset, si vitam & mores attendas, non se mundo huic immundo, quem B. Luth. secuti, inversum Decalogum rectè dixeris, conformarunt, quid aliud concludemus, quam Deum properare cum ejusmodi, ut eosdem ex miseriâ in lætitiâ, è mari mundi hujus turbulento in felicitatis æternæ portum deducat, ut ovantes dicere queant: nos jam in portu navigamus. Hujus felicitatis particeps factus est, vir Consultissimus & Clarissimus Dn. BALTHASAR KEGELIUS, J. U. L. Eximius, cujus corporis exuvias, hodie omnium nostrum matri reddimus, ut redeat in cineres, quod fuit ante cinis. Ut verò consueto more, defuncti nostri patriam, parentes, adeoq; vitæ totius cursum breviter percurramus, res ipsa flagitat. Vitam ergò ingressus est seculi superioris Anno 1598, Soldini, quæ civitas est benè vetus Marchiæ Brandenburgensis, ubi Marchiones quondam illustrem habuerunt sedem, cum ibidem



dem, quoq; Ecclesia Cathedralis, ut vocari con-  
suevit, fuerit. In illa electorali civitate, piè de-  
functus noster 25. Novembr. Anni antè indicati  
lucis hujus usura frui cœpit. Postquam verò  
Sacramento Baptismi initiatus, Diabolo ejusq;  
machinationibus renuntiavit, & Christo nomen  
dedit ab ipsâ pueritiâ, ita educatus fuit, ne parens  
illius in bona informatione, quæ in naturam  
quodammodo transit, quicquam desiderari pa-  
teretur. Patrem habuit defunctus noster sibi co-  
gnominem **BALTHASAREM REBEL**/Senato-  
rem quondam & Camerarium istius loci Specta-  
tissimum. Mater ei fuit **URSULA DSEN**/  
fœmina lectissima. Avum paternum habuit  
**MARTINUM REBEL**/ oppidi Lubani Si-  
lesiae, civem primarium, cujus frater **JOHAN-**  
**NES REBEL**/Lansbergæ olim Senatorem egit.  
Avia paterna fuit **ELSA BE GRÖNDW**/  
Matrona honestissima. Avus maternus extitit  
**MARTINUS DSEN**/ civitatis Lippenensis  
judicij præfectus & civis primarius. Avia mater-  
na **GERDARTE WDDERHES**/ Am-  
plissimi viri **CHRISTOPHORI WDE-**  
**PPHES**/ consulis dum vivebat civitatis Lippe-  
nensis gravissimi, unica, eoq; charissima filia.  
Hisce defunctus noster ortus majoribus, non po-  
tuit non, indolis bonæ ostendere indicia, quæ



cū pij parentes animadverterent, ulteriori studio  
excolere annisi sunt, sicut enim terra *αὐτημάτη* qui-  
dem, ultrò & sua sponte fructificat, interim ta-  
men accedente culturâ uberiores producit fru-  
ctus: Ita ingenia bona, licet naturæ instinctu ad  
studia ferantur, subsequente tamen exercitatio-  
ne, fructus uberrimos edunt. Jactis ergò divi-  
nâ gratiâ primis pietatis & humanitatis initijs in  
Scholâ patriâ Anno 1613. ad Gymnasium Electo-  
rale, quòd est in valle Joachimicâ, continuando-  
rum studiorumm gratiâ ablegatus fuit, ibiq; per  
biennium substitit. Anno 1615. Unà cum præ-  
ceptore ad celeberrimam & florentissimam Aca-  
demiâ Witebergensem missus est, in quâ per  
integrum quinquennium, studio Philosophico  
jurisprudentiæ famulanti, addita ipsa Domina  
jurisprudentia, strenuè operam dedit, adeò ut ex  
nimio labore corporis vires fractæ fuerint, qui-  
bus paulatim attenuatis locum illum defunctus  
noster mutare necessum habuit. Domum ergò  
ad suos reversus, aliquandiu temporis substitit,  
& Anno 1623. in hanc nostram Universitatem, ut  
juris studium alibi benè cœptum, jugi diligentiam  
continueret, illiq; colophonem suo tempore im-  
poneret. Cum verò Anno statim sequente 24.  
pestis hîc loci sævire cœpisset, à parentibus do-  
mum revocatus fuit, illa verò cum Dei gratiâ de-  
ferbuis-



ferbuisset Anno 1626 studiorum gratiâ denuò  
huc venit, telamq; studij juris, non ut penelope  
suam, pertexere sedulitate summâ annisus est,  
quâ absolutâ Anno 1628. ad patrios redijt lares,  
ac parentum consensu Anno 1629. Francofur-  
tum ad Oderam profectus, laborum in diversis  
Academijs exantlatorum brabejon petijt, peti-  
tum facile expetijt ac impetravit. Postquam  
enim pro gradu Licentiæ Doctoralis, in utroq;  
jure consequendo disputasset, privatis publicisq;  
examinibus sese submisisset, Anno 1630. solenni-  
ter Licentiatus juris, testibus documentis publi-  
cis, proclamatus fuit. Novo hoc auctus honore  
tertiò huc venit, non sine singulari omine. Nam  
Prudentissimus Vir Dn. JACOBUS CRULLIUS  
Senator hujus Reipub. dignissimus, ordinisq; no-  
stro addictissimus, filiam unicam ANNAM,  
nunc viduam mœstissimam, conjugio junxit  
propriamq; dicavit, cum qua quatuordecim an-  
nos exegit, quæ defunctum nostrum pulcra prole  
masculâ, placido & concordiq; conjugio, paren-  
tem fecit. In qua mortuus vivit adhuc, utpote  
relinquens filium familiæ fulcrum Jacobum, avo  
cognominem. Incidit autem defunctus noster  
in morbum post festum Natalitium, à quo pauli-  
isper convaluisse visus est, sed morbo ante 6. Septi-  
manas ad ingenium redeunte, recidivam mor-  
bo pejo-




bo pejorem passus est, adeo, ut non cum uno sed duobus morborū generibus, scorbuto scilicet & calculo, alijs accedentibus symptomatis, conflictato fuerit. Quia verò ut est in proverbio, ne Hercules quidē contra duos, ideo natura, viribus prostratis succubuit, & defunctus noster 6. hujus horā primā pomeridianā, Annum agens, ætatis 46. piē in Domino obiit. Constituit autem mœstissima relicta vidua marito suo desideratissimo funeris processionem adornare, cui ut frequentes Cives Academici omnium ordinum honoratissimi interfitis, non solū monet vos christiana charitas, sed & insuper ordinis literarij requirit dignitas. Defunctus enim noster promotus fuit Juris Licentiatus. Quod ergò, alijs literatis, imo rogati, illiteratis fecistis, haut gravatē defuncto nostro præstabitis, ut verò id faciatis, ratione officij vos moneo & hortor. Fiet verò conventus ad horam primam in æde Petrinā. Dabam Rostoch, sub Sigillo Universitatis 9. Maji Anno 1644.





















dem, quoq; Ecclesia Cathedralis, ut v  
suevit, fuerit. In illa electorali civitate  
functus noster 25. Novembr. Anni an  
lucis hujus usura frui coepit. Postq  
Sacramento Baptismi initiatus, Diab  
machinationibus renuntiavit, & Chris  
dedit ab ipsâ pueritiâ, ita educatus fuit.  
illius in bona informatione, quæ in  
quodammodo transit, quicquam def  
teretur. Patrem habuit defunctus nos  
gnominem BALTHASAREM REGE  
rem quondam & Camerarium istius lo  
tissimum. Mater ei fuit URSULA  
fœmina lectissima. Avum paternum  
MARTINUM REGE / oppidi  
lesæ, civem primarium, cujus frater J  
NES REGE / Lansbergæ olim Senato  
Avia paterna fuit ELSABE GR  
Matrona honestissima. Avus mater  
MARTINUS DSEN / civitatis Lip  
judicij præfectus & civis primarius. Av  
na GEXDRBE WDDPVS  
plissimi viri CHRISTOPHORI  
PVS / consulis dum vivebat civita  
nensis gravissimi, unica, eoq; chariss  
Hisce defunctus noster ortus majoribus  
vuit non, indolis bonæ ostendere indi

A 3

